



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCL. Markgraf Otto von Brandenburg vergleicht sich mit Bischof Mangold
zu Würzburg über die ihm erblich zugefallenen Hennebergischen
Schlösser Kissingen, Steinach, Rotenstein und Königshofen, 11. Mai ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

bus nostris filiis [nostris] fide media promissimus corporali. Datum et actum premzlaue, anno domini M^o. CC^o. LXXXIX^o., in crastino annunciationis beate virginis.

Nach dem Copialbuche des Geh. Kabinets-Archives I. C. 4. in quarto folio 45. Nach demselben Copialbuche ist diese Urkunde in Gercken's Cod. I, 225 abgedruckt; jedoch selbst die Namen der den Vertrag schließenden Markgrafen, welche deutlich mit Ot. et C. bezeichnet sind, las Gercken falsch, indem er statt Otto et Cunradus Otto et Otto setzte.

CCXLIX. Otto, Markgraf von Brandenburg, bekennet, daß ihm Pfalzgraf Friedrich von Sachsen das Haus Lockstede um 1400 Marck versetzt habe, am 11. Februar 1290.

Wie Otte, von godes gnaden Markgreue von Brandeburch, Bekennen an dessem ghegenwerdeghen breue, Dat we vnseme leben svagher Palanzgreuen Frederike von sassen ghelegen hebben vercein hundert Marck vriersches silueres vp dat hus tv Lockstede vnde up al dat Gut, dat dar tu hort. Des silueres schal he uns Seshundert Marck gelden vtghande der pinkestweken: ne gheue he uns des silueres denne nicht, so schule we dat siluer vp Mugheliken schaden winnen vppe sente Michahelis tach vort over ein jar. Ouch schal he vns des silueres de anderen achtehundert Marck gelden tu den nesten Winachten; dede he des nicht, so schole we dat siluer up mugheliken schaden winnen vp sente Michahelis tach, de darneft kumet. Gilt auer vnse lebe svager vns dat benumet siluer vor deme seluen benumetden daghe sente Michahelis, so hebbe we eme dat intruuen ghelovet mit vnser ridderen, dat we eme sin hul weder antworden scholen. Hir hebbe we selue vor ghelovet intruuen mit vnser ridderen, de hir bescreuen sint, Mit hern Bartolomeus von lienowe, hern heinen von wardenberghe, hern Conratde von redere, hern buffen de witten von yrkerfleue. Ouch hebbe we dat ghelovet, dat vnse bruder Marckgreue Conrat dit loven schal mit vif ridderen intruuen tu haldene, lickerwif alle we. Deser dinge thughe sint, de hir benumet sin, her borchart lippe, her bartolomeus von lienowe, her heino de wardenberghe, her Conrat von redere, her otte von ysenberch, her Guncele von glubuz. Dese bref vart ghegheuen von Godes ghehort over dusent Jar vnde over tveihundert jar vnde over negentech iar, in dem svnavende vor valtnacht.

Nach dem im R. Sächs. Geh. Archiv in Dresden befindlichen Original.

CCL. Markgraf Otto von Brandenburg vergleicht sich mit Bischof Mangold zu Würzburg über die ihm erblich zugefallenen Hennebergischen Schlösser Rissingen, Steinach, Notenstein und Königshofen, am 11. Mai 1290.

Nos Otto, Dei gracia et Hermannus filius ejusdem, Marchiones de Brandenburgk, harum tenore literarum recognoscimus et constare volumus vniverfis presentibus et futuris,

quod mortuo nobili viro poppone quondam comite de Hennenbergk inter nos ex vna et venerabilem patrem dominum Manegoldum, episcopum Herbipolensem et suam ecclesiam ex parte altera, super municionibus et possessionibus, quas idem comes a dicta ecclesia tenuerat, dissensionis materia fuscitata, tandem viro nobili Henrico comite de Stahilberg et aliis fidelibus nostris ac honorabili viro Henrico preposito Herbipolensi aliisque ipsius ecclesie fidelibus et amicis mediantibus, ipsa dissensio decisa extitit amicabilem in hunc modum. Promisit Dominus episcopus predictus de consensu sui capituli nobis et heredibus nostris conferre vniuersa et singula feoda, quocumque nomine censeantur, que viri nobiles quondam Hermannus et poppo filius eius prefatus comites de Henneberg ab ecclesia herbipolensi possederunt, eo iure, quo iidem comites illa tenuerunt, possidenda. Propter hoc nos promissimus et promittimus Domino Episcopo prefato aut successori suo vel suo capitulo quatuor milia marcarum argenti, quarum quelibet pro tertio dimidio talentorum Hallen. computabitur, nos daturus, pro quibus maris nos municiones quatuor videlicet castrum Kitziche cum opido, castrum Steynach, castrum Rotensteyn et opidum Königshofen quamlibet illarum municionum pro mille maris argenti eidem Domino episcopo vel suo successori aut suo capitulo obligamus: ad quamlibet etiam illarum municionum centum marcarum argenti reditus ad estimationem et taxationem Conradi de Koburg, Henrici de Smeheyn, Henrici Marscalci de Slusingen et Sifridi de lapide, militum, quos super hoc et super quibusdam aliis infra scriptis arbitros siue arbitratores, adjuncto eidem domino Friderico de Stahilberg canonico Herbipolensi pro mediatore vtriusque elegerimus, sibi ante festum s. Martini proximum vel successori suo aut suo capitulo assignabimus**). Ipse quoque municiones statim debent in potestatem Domini prepositi, Domini Friderici de Stahilberg, Henrici Marscalci†), Seifridi de lapide predictorum, Theodorici de Hohenburg, Marscalci ipsius Domini episcopi, et Eberhardi de Masbach presentari, qui sex illas tenebunt ad quatuor annos a festo Martini proximo continue sequentes ita sane, quod si nos ipsas municiones infra ipsos annos, infra quos est nobis licitum eosdem simul vel diuisim secundum formam infra positam redimere, non redimerimus, illas ipsi sex prefato Domino episcopo vel suo successori aut suo capitulo debeant presentare. Ipse quoque Dominus episcopus vel successor suus et capitulum suum parati esse debent, cum requisiti fuerint, quamlibet earundem*) municionum pro mille maris argenti iuxta formam restituere infra scriptam. Nos quidem habebimus libertatem ex premissis municionibus quacumque voluerimus, vel omnes aut quotquot poterimus, infra proximum prefatorum annorum ante festum S. Martini redimendi, in qua redemptione nos inuenimus omnes reditus ad talem vel tales municiones assignatos, exceptis expensis factis circa ipsius municionis vel municionum custodiam et edificia necessaria, que fieri debent de consilio castrensium duorum ex parte nostra eligendorum. Sane si nos illam municionem vel municiones post festum Martini redimerimus, tunc reditus illius redempte municionis vel redemptarum municionum de precedenti anno cedere (debent) Domino episcopo aut suo successori vel capitulo supradicto, nec eosdem reditus de illis maris, pro

*) Schultes: eorundem. **) Schultes: assignabimur. †) Schultes: Marscalci.

quibus ipsa municio vel municiones obligate extiterant, tenebitur defacare: si vero nos illam municionem, quam forte infra proximum annum elegerimus redimendam, in ipso anno ante prenotatum festum non redimerimus; tunc sex prenominati illam Domino episcopo aut suo successori vel suo capitulo presentabunt. Item Dominus episcopus vel suus successor aut capitulum suum habebunt potestatem denominandi et dandi ad redimendum nobis secundam et tertiam et quartam municionem premissarum. Item Domini de Stahilberg prelibati has literas in eorum tenebunt potestate, donec nos aut nostri heredes a Domino episcopo amoverimus actiones et impedimenta, que ipse in aliquibus dictarum municionum iam sustinet vel si que*) ipsi in illis contigeret sustinere aut donec nos de aliis bonis nostris Domino episcopo aut successori suo vel suo capitulo illam restauracionem, que vulgariter dicitur ein Versatze ereximus juxta estimacionem et taxationem ante dictorum quatuor arbitratorum, vel si idem super ipsam Versatze concordare nequiverint, mediatoris memorati: alioquin si nos hujusmodi actiones et impedimenta non amoverimus vel non fecerimus; Nos Hermannus, filius Domini Ottonis Marchionis predicti, cum quinque militibus opidum Munrichstat intrabimus tandem in illo more fideiussorio permanfuri, donec illorum alterum effectum mancipetur. Porro homicidia**) et damna in treugis***) facta, commissa sunt eidem arbitris et mediatori decidenda. Ad obseruantiam autem premissorum Dominus episcopus suum successorem, si ipsum episcopum ante confirmationem preactorum****) cedere vel decedere contingat, literis patentibus obligauit. In quorum premissorum testimonium atque euentiam plenioram hanc paginam nostris sigillis diligencius roboramus. Actum apud Sweinfurt, Datum vero in monte Brühberg, anno Domini Millesimo CCXC, tercio ydus May.

Nach Joh. Ad. v. Schultes, Hist. Schriften und Samml. ungetr. Urk. Bisth. I, S. 177.

CCLI. Bischof Jaromar von Camin bekrundet den zwischen den Markgrafen Otto und Conrad von Brandenburg mit ihm und mit der Stiftskirche zu Camin, namentlich über die Orte Colberg, Raugard, Jarmen und Kerfow und über die Diöcesanrechte des Bischofs in den Brandenburgischen Landen geschlossenen Vertrag, am 25. Oktober 1290.

Jaromarus, dei gracia Camminensis Ecclesie Electus confirmatus, Omnibus cristi fidelibus presentem litteram intuentibus ad perpetuam rei memoriam Salutem in domino. Recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod interuenientibus placitis amicabilem Inter illustres principes dominos Ottonem et Conradum Marchiones Brandenburgenses, nostros consanguineos dilectos, ex vna, Et nos et nostram Ecclesiam Camminensem parte ex altera est amicablem diffinitum, quod dicti domini marchiones brandenburgenses nomine suo et heredum suorum omne ius et proprietatem Ciuitatis Colberch, castri et ciuitatis in Nowgarde cum omnibus suis terminis, opidum Jermin cum omnibus

*) Schultes: qua. **) Schultes: homicidii. ***) Schultes: treugio. ****) Schultes: preactorum.